

ORATIO OBLIQUA --- REGELN FÜR DIE INDIREKTE REDE - 1

In der direkten Rede werden die Worte eines anderen so mitgeteilt, als wenn sie direkt aus dessen Munde kämen; die Bezeichnung 'Indirekte Rede' dagegen will zum Ausdruck bringen, dass die Worte jenes anderen durch Vermittlung eines Dritten an den Hörer oder Leser weitergegeben werden.

Der Lateiner nennt die direkte Rede 'Oratio recta' (= die „gerade“ Rede), die indirekte, weil Personen, Zeiten und Aussageweisen in ihr verschoben erscheinen, 'oratio obliqua' (= die „umgebogene“, „schräggestellte“ Rede).

Die Zeiten der indirekten Rede werden im Lateinischen durch die Zeit des Verbs bestimmt, von dem die Rede abhängt. Das ist der wesentliche Unterschied zum Deutschen. Daraus folgt, dass im Deutschen unabhängig von der gesetzten Zeit des Lateinischen Konjunktiv I vorherrschend ist.

1. Helvetii legatos ad Caesarem mittunt; cuius legationis Divico princeps fuit. Is ita cum Caesare egit (Caes.Bell.Gall.I,13 ff.):

oratio recta:

„Si pacem populus Romanus cum Helvetiis faciet, in eam partem ibunt atque ibi erunt Helvetii, ubi eos constitueris atque esse volueris; sin bello persequi perseverabis, reminiscere et veteris incommodi populi Romani et pristinae virtutis Helvetiorum!

Quod improvise unum pagum adortus es, cum ii, qui flumen transierant, suis auxilium ferre non possent, ne hanc rem aut tuae magnae virtuti tribueris aut nos despexeris ! Nos ita a patribus maioribusque nostris didicimus, ut magis virtute contendamus quam dolo aut insidiis nitamur. Quare noli committere, ut hic locus, ubi constitimus, ex calamitate populi Romani et interneccione exercitus nomen capiat aut memoriam prodat!"

Quibus Caesar:

"Quodsi," inquit, "veteris contumeliae oblivisci volo, num etiam recentium iniuriarum memoriam deponere possum? Quod vestra victoria tam insolenter gloriamini quodque tam diu me impune iniurias tulisse admiramini, eodem pertinet." (...)

oratio obliqua:

Si pacem populus Romanus cum Helvetiis faceret, in eam partem ituros atque ibi futuros Helvetios, ubi eos *ille* (Caesar) *constituisset* atque esse *voluisset*: sin bello persequi *perseveraret*, reminisceretur et veteris incommodi populi Romani et pristinae virtutis Helvetiorum!

Quod improvise unum pagum *adortus esset*, cum ii, qui flumen *transissent*, suis auxilium ferre non possent, ne eam rem aut suae magnae virtuti tribueret aut ipsos despiceret! *Se* ita a patribus maioribusque suis didicisse, ut magis virtute *contenderent* quam dolo aut insidiis *niterentur*. Quare ne committeret, ut *is* locus, ubi *constitissent*, ex calamitate populi Romani et interneccione exercitus nomen *caperet* aut memoriam *proderet*!

His Caesar ita respondit:

Quodsi veteris contumeliae oblivisci *vellet*, num etiam recentium iniuriarum memoriam (se) deponere posse? Quod *sua* victoria tam insolenter *gloriarentur* quodque tam diu *se* impune iniurias tulisse *admirarentur*, eodem pertinere. (...)

ORATIO OBLIQUA --- REGELN FÜR DIE INDIREKTE REDE - 2

2. Die römischen Truppen, selbst die Offiziere, hatte große Furcht vor den Germanen unter Ariovist befallen. (Caes.,Bell.Gall. I,40 ff.):

Caesar, cum haec animadvertisset, centuriones vehementer incusavit:

oratio recta:

"Ariovistus me consule cupidissime populi Romani amicitiam appetivit; cur hunc tam temere quisquam ab officio discessurum esse iudicet? Quodsi furore atque amentia impulsus bellum intulit, quid tandem veremini aut cur de vestra virtute aut de mea diligentia desperatis ? "

oratio obliqua:

Ariovistum se consule cupidissime populi Romani amicitiam appetivisse; cur eum tam temere quisquam ab officio discessurum esse iudicaret? Quodsi furore atque amentia impulsus bellum intulisset, quid tandem vererentur aut cur de sua virtute aut de ipsius diligentia desperarent?

Für die oratio obliqua gelten also folgende Regeln:

I. Hauptsätze:

1. Alle Hauptsätze treten, soweit sie Aussagesätze sind, in den a. c. i.
2. Alle Begehrssätze treten in den Konjunktiv, und zwar ohne ut, verneint mit ne.
3. Wirkliche Fragen (d. h. solche Fragen, auf die man eine Antwort erwartet), werden in den Konjunktiv, rhetorische Fragen (vgl. § 118,4), da sie in Wirklichkeit Urteilssätze sind, in den a. c. i. gesetzt.

II. Alle Nebensätze stehen, da sie einen Gedanken des Subjekts des übergeordneten Satzes ausdrücken, im Konjunktiv.

III. Das Tempus aller in den Konjunktiv gesetzten Sätze wird durch die cons. temporum bestimmt. Maßgebend ist im Allgemeinen allein das Tempus des Verbs, von dem die ganze Rede abhängig ist.

IV. Pronomina, die in der oratio recta die 1. Person bezeichnen, werden durch das Reflexiv, im Nominativ immer durch ipse ausgedrückt. Die (angeredete) zweite wird zur dritten Person und in der Regel durch ille (unbetont: is) wiedergegeben. Ebenso wird hic (= hier) zu ibi und nunc zu tum.